Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1061408

Kreis Büren.
S. 132

1323 Juli 13 [Margarete virginis]. [84

Bernhardus . . . Padeburnensis ecclesie episcopus bekundet, casum infrascriptum fore propositum coram nobis: Quidam laici tenent ab ecclesia officia villicacionum, in quibus sunt litones eidem officio pertinentes; prelatus istius ecclesie habet speciale ius in illis litonibus, quod scilicet, quando moriuntur, tam vir quam mulier, dant prelato apparatum vestium, quibus induti sunt quando consueverunt pro audiendo divino officio ecclesiam frequentare. Est igitur in questione, utrum ille laicus, qui predictam villicacionem tenet ab ecclesia, possit de iure litones illius villicacionis seu officii extra noticiam et preter voluntatem et consensum prelati permutare, dimittendo aliquem de litonibus liberum et alium hominem in locum eius recipiendo. Über die Entſcheidung dieſer Streitfrage habe er Rat gepflogen cum domino Wernhero nostre ecclesie preposito, coram quo eciam tamquam coram iudice a sede apostolica delegato casus iste propositus fuit, et cum aliis peritis, qui nobis tunc assistebant und er ſpricht nun als Recht aus: quod ex quo prelatus, a quo dependit villicacio, speciale ius sibi vendicat in litonibus illius villicacionis, sicut supra positum est in casu, ille scultetus, qui villicacionem detinet a prelato, non potest litones illius officii cambire seu permutare aut liberos dimittere seu in locum eorum alios recipere, nisi de noticia et expresso consensu illius prelati, a quo villicacio dependit, et qui speciale ius habere dinoscitur in litonibus illis.

Biſchof und Dompropſt ſiegeln.

Kopiar Nr. 399. (Eine neuere Hand hat das Datum in 1333 korrigiert.)

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007